



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,  
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

**Nádasi, János**

**Coloniae Ubiorum, 1667**

8 Aprilis. 6 Idus April.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

8 Aprilis. 6 Idus April.

**S**ancte Wieterpe Episc. qui ostensio Divæ Herlucæ Virginis Christo, *Ecce Homo!* illi explessenti, Jesu carnificem, cuiusdam impuritatem, esse dixisti; eidemque Virgini, etiam post mortem tuam, semper ad mensam Eucharisticam comes adfueristi. Esto et mihi comes, cum alias, tum vel maxime, quando ultimè accipiam illud viaticum, & pharmacum immortalitatis: ut Iesum in celo, mihi ostendens dicas; *Ecce Homo! Ecce Deus!* & corde sancto illum unam aeternis amoribus amemus. Amen.

S. Aedes, S. Apphiani virginitatis vindex, mari merse.

Sancti Januari, Maxima, & Maria, Martyres.

S. Concessa Martyr.

S. Bademe Martyr, zelo plene.

Sancti Herodion, Asyncrite, & Phlegon.

S. Dionysii Episc. doctissime.

Sancti Perpetue, & Amanti, Episcopi.

S. Redempte Episc. qui S. Eutychium, ad cuius sepulchrum orabas, vidisti, & dicenti; *Redempti,*

VIII APRILIS. 345

vigilas? Vigilo, respondisti, & ab illo,  
futuras calamitates prædicente,  
hæc demum verba, tertio repetita,  
audisti: *Finis venit universa carnis;*  
& simul hastas, ac discurrentes  
in cælo igneas acies, aspexisti.

B. Guilielme, qui, post mortem,  
in veste pretiosissimâ, & aureâ co-  
ronâ, lapidibus nobili, visus, dixi-  
sti; lapides illos, & gloriam tibi da-  
tam, ob adversa, quæ innocens, à  
linguis obloquentium, es per-  
pessus, & Deo quotidie in patientiâ  
obtulisti; coronam verò, pro eâ  
victoriâ sæpiùs repetitâ, quâ, in  
observandis religiosæ disciplinæ  
legibus, te vicisti. Fac, ut et ego vi-  
ram ad cælestem amuissim.

OMNES SANCTI, &c.  
pag. 320.

S. MARIA, quæ hodie puerum in  
furno ardente, illi adspectabilis facta,  
servâsti: serva me nunc ab iis, quæ me  
malè possunt incendere; ac deinde ab  
igne aeterno!

9 Aprilis. 5 Idus April.

S. Ancta Maria Ægyptiaca, quæ,  
divinâ vi, ter, à templi ingressu,  
ob tuas turpitudines, repulsa, tan-  
dem per pœnitentiam, & MARIAM  
ad-